



PRÆFATIO.

Nihil mirari oportet, si pro sedibus male affectis dignoscendis Galenus plura tribuerit signa, quam pro ipsis affectibus contra naturam quandoquidem pauci sunt huiusmodi affectus humani corporis, qui non simul sedem male affectam significant. Sed um autem male affectarum signa quinque, affectuum verò duntaxat quatuor ipse statuit, libro de locis affectis primo. Atque se-
dium male affectarum primum signum à functio-
ne læsa, secundum ab excrementis, tertium à situ,
quartum à doloris proprietate, quintum à pro-
priis accidentibus depromitur. Primum verò af- Ex Gal.
fectuum præter naturam ab excrementorum spe-
cie, secundum à natura loci, tertium à doloris
proprietate, quartum & ultimum à propriis ac-
cientibus sumitur. Quæ omnia non singulis sedi-
bus male affectis, nec earum affectibus præter na-
turam conueniunt, sed ea duntaxat & præcipue
quæ propria sunt, & inseparabilia. Etenim signo-
rum insalubrium, tum parium male affectarum,
tum ipsorum affectuum quædam communia: &
quædam propria sunt. Eis omnibus signis, quæ à
Galeo nobis tradita sunt, & præfertim propriis
accidentibus partium male affectarum, & affe-
ctuum primas & secundas sensiles qualitates, at-

Sed um signa

Aff actum
signa